



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 30. De verbis consecrationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. tea propositis, & in prima consultatione
A.C. 1420. quæstio de pane azymo agitari cœpit

Joanne de Turre-cremata hoc super articulo perorante, ac plurimo rationum apparatu comprobante, non minus validum esse consecrare panem azymum, quam fermentatum; imo in hac rei controversia consultius esse, Latinorum consuetudinem sequi, eoquod Christus Dominus in institutione Sacramenti Corporis sui duntaxat azymum adhibuisset panem, quod ipse pluribus testimoniis ex sacro Evangelio petitis ostendit. Grad in eandem sententiam abeentes conferunt, ut sive panis azymi, sive fermentati æqualis usus esset, dummodo alias consecratio fieret in pane ex tritici genis cocto, nec non a Sacerdote rite ordinato, simulque in loco solemniter consecrato.

§. XXX.

De verbis consecrationis.

Ibid p. 1153. Joannes Turre-cremata in secundo suo sermone ex Patrum testimoniis, valdisque rationum momentis docuit, quod per sola Christi Domini verba admirabilis illa substantiæ panis & vini transmutatio in corpus ac sanguinem Christi efficiatur; Nuntiatum enim erat Pontifici, hanc apud Græcos invaluisse senten-

EUC
tian
ma
ver
inv
in L
siæ
Ecc
qua
cre
ster
fici

C
om
Fe
rer
qu
pia
ser
in
ma
re
me
ca
di
ho
po
pr

tiam, quod Eucharistici Sacramenti for- Sæcul. XV.
ma non solum sint illa Christi Domini A.C. 1439.
verba, sed etiam preces illæ, quæ pro
invocatione Spiritus Sancti a Sacerdote
in Lithurgia recitari solent. Verum Rus-
siæ Metropolita professus est, Græcam
Ecclesiam in hoc articulo a Latinis ne-
quaquam dissentire, sed ipsam quoque
credere, quod sancta divini sacrificii my-
steria per sola Christi Domini verba con-
ficiantur.

§. XXXI.

De Purgatorio.

Controversam de Purgatorio quæstio- *Ibid. p. 1231.*

nem quod attinet, censuerunt Græci,
omnino standum esse illis, quæ jamjam
Ferrariæ, antequam Synodi Sessiones fie-
rent, in privatis conventibus agitata, at-
que conclusa fuissent. Itaque de hoc
piaculari carcere fidem suam sic expres-
sere Græci: *Sanctorum animas perfectas*
in cælis adeptas esse coronam, quatenus ani-
mæ sunt: Peccatorum Animas perfecte lue-
re pœnas; Medias autem esse in loco tor-
mentorum credimus, sed sive ignis sit, sive
caligo ac turbo, sive quid aliud, non contem-
dimus. Nihilominus in die judicii omnes
homines ante tribunal Christi cum suis cor-
poribus comparebunt, reddituri de factis pro-
priis rationem.

F f 5 §. XXXII.